1. Strombus tantillus lapideus, & totus ſolidus: ab imo tamen per modicā cauitatē habet, è ruffo albicans.

2. Alius maiuſculus, fuſci coloris: ſuperiùs tantùm in cochleam retortus: inferiori parte planus & pilæ ſeu columnæ rotũdę ferè ſimilis, niſi paulò anguſtior eſſet in imo.

3. Porcellana minima, alba: nō mutata quidem in lapidem: ſed ſuapte natura, vt reliquæ etiam porcellanæ, fermè lapidea.

1.

2.

1.2. Lapides ſunt ſolidi, pugno minores, miro naturæ artificio depicti. Pondus eis mediocre, cruſta ambiēs ſilicea, alba, craſsiuſcula, & prædura

eſt in